

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Dilectio y
cum uariis

Cum humane condicionis status multiplici motu uarietur, nichil in temporalibus inuenio preter unum quod uite celestis ymaginem representet. Sola dilectio est quam non alterat casualis euentus, quam separacio corporalis non diuidit, quam temporis longitudo non abolet, que defectui non succumbit. Sola dilectio est per quam amicos absentes uidemus, alloquimur, amplexamur, qui sic quadam angelica agilitate et ymaginario commeato transuolat et recurrit ut nichil de dampno corporee molis aut distancie localis iniuria conqueramur.

Petrus Rauennas in epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Dilectio y] Dilectio x P V¹ V² L¹ L²; qui] que P V¹ V² L¹ L²; commeato] commeatu P V¹ V² L¹ L²; corporee] corpore M